



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis Marcellino et Petro martyribus. Cap[itulum]. lxxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## Ziber

### **R**uerianus epus et

paulus presbyter cū alijs. r. mar-  
tyrib' apud ciuitatē augustudu-  
neſi. paſſi ſunt. Qui omnes pro  
cōfeſſione nominis chriſti ſub au-  
reliano principe coronam paſſionis a domitino  
perceperunt kalendas iunij: vt dicit ado ex hie-  
ronymī martyrologio.

De ſanctis Marcellino et Petro  
martyribus. Cap. lxxviii.

### **M**arcellin' presbyter

et petrus et orocilla rome martyriū  
paſſi ſunt ſub diocletiano impera-  
tore agente iudice ſereno. Cū eſſi  
predictus petrus inbēre prefato  
iudice ceſus ab artemio in carcere detineret et  
ipſius artemia filia a demone vexaret: et ob hoc  
a patre ſepius plangeretur. Dixit ei petrus qd  
ſi in xpm crederet ſtatim eius filia ſanitatē reci-  
peret. Cui artemius ſe mirari rēdit quomodo  
deus petri filiā ſuā liberare poſſet: qui ipm pe-  
trum de carcere eripere non valeret. Addens  
qd ſi cathenas in eo duplicaret eiqz deus ſuus  
de carcere educeret omnino in ipm crederet: ſi  
tamē filiā eius a demone liberaret. Petrus  
ho eadē nocte ſe ad domū artemij venturū pro-  
miſit. Artemius ergo domum rediens predicta  
omnia candidē coniugi nunciavit. Sicqz ambo  
de his adinuicem colloquētes qd petrus ad eū  
venire poſſet: penitus credere non poterāt. Cū  
autē clauſo diei lumine nox ſuperueniens tene-  
bris mundū repleuiſſet: ſubito affuit petrus cā-  
didis indutus: tenens triumphū crucis in ma-  
nu ſua. Tunc artemius cum vxore cādidā eius  
veſtigijs proſtrati verum deum xpm clamare ce-  
perunt. Gratinqz filia eorū paulina virgo ab  
imūdo ſpīritu liberata eſt. Artemius ho cum  
cōiuger filia et vniuerſa familia ac multitudine  
vicinorū qui ad miraculum concurrerāt cōuer-  
ſi ſunt ad dominū: quos oēs marcellin' presby-  
ter illuc ſuperueniēs baptizauit. Artemius ho  
qui cuſtos erat carceris: omnes detentos dimi-  
ſit: eo pacto vt baptiſmum ſuſciperent. qui oēs  
a ſancto Marcellino p̄dicato ſacri fontis vnda  
perfuſi Chriſto dño adheſerūt: et per dies qua-  
draginta in domo artemij in diuinis colloquijs  
cum petro et marcellino perſiſterunt. Post  
hec ſerenus vicarius mādauit artemio: vt oēs  
carceratos quos xpianos effectos nouerat ſibi  
preſentaret. Qui manus eorū deoſculans dixit  
eis: vt ſiquis veller venire ad martyriū veniret  
intrepide: et ſiquis noller: abiret dimiſſus in  
ſua libertate. Sicqz multis abeuntib' inter pau-  
cos marcellinus et petrus abire noluerūt. Et  
petro autē qd marcellinus et petrus illos bap-  
tizaffent: iudex eos detineri fecit vna cū artemio  
et vxore candida ac filia paulina. Et artemium

## Quintus

quidē plumbatis ceſum in cuſtodia cū nata et  
conuige recluſit. Marcellinū ho pugnis percu-  
ti in ambabus arterijs: deinde ipm nudus ſup  
vitri fragmenta proſterni: et lumē ac cibū ei de-  
negari fecit: petrū autē per ſe ſeparatū in carce-  
rem trudi: et pedes eius in cippo cōstringi. An-  
gelus autē domini marcellino per noctē appa-  
ruit: et eum veſtibus ſuis induens ad petrum  
adduxit: quem et ipſum de cippo ſoluens am-  
bos poſtmodum ad domum artemij duxit. Ad-  
monens vt per dies ſeptem chriſtianos cōuer-  
ſos confortaret et poſtea ſe iudici preſentaret.  
Sequenti ho die dum ſerenus eos in carceri-  
bus non inueniſſet. Artemium cum vxore et fi-  
lijs ad ſe adduci precepit: et ſacrificare nolē-  
tes in terra obrui mandauit. Quod marcellin-  
us et petrus audientes cum multitudine chri-  
ſtianorū illuc acceſſerunt: et cum chriſtiani mul-  
to plures qd gentiles eſſent: artemium cum  
vxore et filia de manibus carniſcum eruerunt:  
et eorum detentores detinuerunt: donec mar-  
cellinus in crypra miſſas celebrauit: et artemio  
ac chriſtianiſ omnibus diuina ſacramenta pre-  
buſt et poſtmodum omnes in pace dimiſit. Ipe  
ho in manibus militum paganorum cum petro  
et artemio candida et paulina ſponte remanſit.  
Que cum ſerenus iudex audiſſet: iuſſit arte-  
mium cum vxore et filia ad carcerē reduci: mar-  
cellinum ho et petrum in ſilua nigra que nunc  
propter eorum martyrium candida dicitur de-  
collari. Quorum animas quaſi virgines veſti-  
bus ſplendidis ac gemmis indutas ab angelis  
in celum deſerri ſpiculator nomine dozothens  
ſe vidīſſe reſtatur eſt: qui ad dñm cōuerſus eſt.  
Lucilla ho matrona chriſtiana ſanctorum cor-  
pora collegit: et ipſa noctu in vſa laucana mi-  
liario ab vrbē tertio ſepeliuit: qd paſſi ſunt quar-  
to nonas iunij.

De ſancto Eraſmo episcopo  
et martyre. Cap. lxxv.



### **R**asimus

episcopus et mar-  
tyr: paſſus eſt ſub  
diocletiano et ma-  
ximiano impera-  
toribus: qui cum perſecutio-  
nem fugiens ad montem liba-  
nū declinaſſet eorum ei eſcā di-  
nimit' miniſtrabat: angeli euz  
frequēt' viſitabant: fere quo-  
qz ad ipm conſugebant. Diuina tandē iuſſione  
ad ciuitatē veniens: et multos ad xpm conuer-  
tens ab imperatore Diocletiano detinetur. Et  
cum ſe chriſtianum conſiteretur plumbatis la-  
teribus cedif: ac dorſo ſuſtib' inacerat: deinde  
ſuſpenſus vngulis ferrēis lacerat. Et cum hec  
omnia pro xpi amore ſuperaffet: iuſſit impera-  
tor plumbam picem ſulphur refinam cum cera